

Ad Librum quartum Codicis:
DE
CONTRACTI-
BVS ET REBVS
CREDITIS,
SEV
DE OBLIGATIONIBVS QVÆ
RE CONTRAHVNTVR. ET
EARVM ACCESSIONIBVS,

IVLII PACII à BERIGA I. C. Commentarius.

Accesserunt tres indices:

- I. Titularum, eo quo explicantur ordine descriptorum.
- II. Eorundem titularum ordine Alphabetico.
- III. Rerum & verborum in toto opere memorabilium.

num. A 8.

Cax. . 6.

num. . 28.



In Bibliopolio Commeliniano.

CIC 10 CII.
COLL. SOC. IESV SALM. EX DONO REGVM

Aunque no tienen nombre del
impresor separando por un
número bien conocido de
siguiente sección de la compa-
y lo forma a 1 de enero
de 1645.

Por comprobar debes A 8
en la pág.

Gervasio de Mendoza

esta forma al dor
en el año de 1632
y forma por comisión
del Santo Oficio

Andrés Mendoza

Ismael de la Torre

Martin de la Torre

ILLVSTRISSIMO ET FORTISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO, DOMINO CHRI-
STIANO PRINCIPI ANHALTINO, CO-
MITI ASCANIAE, DOMINO SERVESTA, ET
BERNBVRGI, &c. Domino suo
Clementissimo.



VOTIESCVM QVE animum ab horum temporum miseris auocare, atque ad meliores cogitationes traducere aucto, Princeps Illustrissime, voties vel ad Musarum successus & praestantium in omni literatura virtorum libros evoluendos confugio, vel heroscarum Tuae Celsitudinis virtutum contemplations non sine admiratione, que praesentium malorum obliuionem afferit, indulgeo. Inde Tuae Celsitudinis saecula cum illorum preceptis comparans atque interea pulcherrimam symphoniam animaduertens, seratio temporum pateretur, dubitis cogerer, ipse ex corum prescripto vnuas, an ipsas Tuae celsitudinis praeclaris illustribusque actionibus ideo bonorum scriptis suis representarint. Quodenum hoc seculo rarissimum, ac propemodum miraculo est, ut militaris fortitudo cum poliori sapientia coniuncta reperiatur, & viraque vetustissimo genere ac profapie splendori accedit, adeo in T. C. est conspicuum, & in huic reatis tenebris fulget, ut vereri non debeam, ne cui videar hec assertationis causa, à qua semper quam longissime absuis, predicare. Verum tamen fortia tua facta, degl. literarum studiis & Musarum cultoribus merita in presentis recensere non institui. quippe que non hominis scholastici, omnis generis & penè omnis lingua scriptorum lectione stylum potius conturbant, quidam iusta exercitatione atque imitatione exornantis, sed eloquentissimi aliquius viri Ciceronianam Demosthenicamque facundiam emulantis, studium atque industriam requirunt. Bellorum sane thororum facinorum gravitas, styls mei tenuitatem premet. politicorum consiliorum recordata prudentia, meum optum fageret: omnium virtutum fulgor, ingenioli nisi aciem perstringere. Quemadmodum enim caelestium motuum harmonicum sonum, si Pythagoreis credimus, et ass. hominum auditus percipere nequit: sic ego Tuae Celsitudinis laudes vix cogitatione complecti possum, tantum abest ut decenti oratione eas persequi & illustrare valeam. Cumigitur id, quod si possem, maximè vellem, meas vires superare intelligerem, nihiloque minus summo desiderio flagrarem Tuae Celsitudini desinectum ac denotissimum animum ostendendi: omnia mente circumspicienti, nulla ratio expeditior visa est, quam et, de qua, cum adhuc essem Heidelberg, consilium capi. Cum enim publicè Illustrissimo & Potentissimo Principi ac Domino, Domino FRIDERICO Comiti Palatinio ad Rhenum, S. R. I. Electori, &c. Tuae Celsitudini, & Amplissimo Academico senatu cum demissione atque officiosa gratiarum actione solemniter valedicerem: preservare ex eorum animis, quorum memoriam nulla unquam obliuione deliri passar, penitus effuerem, aliquid offerre sanguinis ex museo nostro statueram, quod apud eos meam erga ipsos obseruantiam, cultum, obsequium, testari perpetuū posse mihi videbatur. Itaque tunc Illustrissime Tuae Celsitudini hanc meum ad Quartum Imperialis Codicis de obligationibus querere contrahantur, carumque accessoriis commentarium, difficultimas & ad fori quoque proximū utilissimū iuris questiones continentem, & quantum in me fuit, elucidantem, cuius bona pars mei ex Germania discissus tempore excusa erat, propensissimo animo defensaueram. Sed cum admonitionibus & flagitationibus urgentibus commotus, maturius quam constitueram, Germaniam reliquerim, & libri editio ante hanc diem perfici non potuerit: nunc tandem absolutum opus Tuae Celsitudinica, quas par est, reverenter offero, demissè rogans, ut qua humanitate & clementia me publicè orantem audire dignata est, cādem pro

*Sua erga omnes studiosos miris et benevolentis, hoc lenidens literarum in nosculum fasci-
pere, meque illustrissima sua favore ac patruculo tuorum pergrauerit. Vale*

Illustrissime Princeps & salve. Deus Optimus Maximus Illustris-

simam Tuam Celsitudinem quam diutissime seruit inco-

O M I Z Z I I *lumen, & indies magis ac magis florenter esse velit.* 2 V T I I

Sedans Kal. Martij. 1596.

— ОМІЗЗІІ —

— ОМІЗЗІІА —

— ОМІЗЗІІА —

— ОМІЗЗІІА —

— ОМІЗЗІІА —

Illustrissime The Celsitudinis



Obsequentiis

Joh. Pacini.



IVL. PACII A BERIGA I.C.
DE REBUS CREDITIS, SEV DE
OBLIGATIONIBVS QVAE RE CONTRAHVN-

TVR, ET EARVM ACCESSIONIBVS, AD LI-
brum Quartum Codicis Commentarij.

TIT. I. DE REBUS CREDITIS ET IVREIVRANDO.

Synopsis commentarij.

- | | |
|--|--|
| 1. Rubrice dimissio. | 4. Quid sit ius iurandense. |
| 2. Partium rubrice collatio. | 5. Collatio diversarum definitionum iuri iurandandi. |
| 3. Ratio inscriptionis, De rebus creditis. | 6.7. Carbo loco agatur de iurecurando. |

COMMENTARIUS.

1. **V**IVS rubrice partes duae sunt, prior de rebus creditis, posterior de iurecurando. quæ duo coniunguntur hoc loco, ut & apud Paulum lib. 2. Senten. tit. 1. in Pandectis autem separantur: cùm è contrario in Digestis coniungantur rubrica De rebus creditis & rubrica Si certum petatur, quæ hoc libro quattro seculæ sunt. Portò huius nostræ rubricæ interpretatio quatuor questionibus absolvetur. ¶ Primum quero, quodnam sit discriminè pirmæ & secundæ partis huius rubricæ. Respondeo priorem partem esse generalē, & sub se complecti sequentes rubricas huius quarti libri, ut genus sub se complectitur species: (hoc enim libro explicatur via genera contractua, q̄ omnia continetur sub tit. de reb⁹ creditis, p̄sertim q̄ re p̄ficiuntur. D. de reb. cred. L. 1.) altetam verò partem rubricæ esse propriam huius tituli. Nec nouū est, ut Iustiniani compositores generali rubricæ statim subiecti particularē, ut D. de pignoribus & hypothecis & qualiter ea contrahantur, nam in sequentibus quoq; titulis agitur de pignoribus & hypothecis. sed eius tituli propria expositio est, qualiter pignus aut hypotheca contrahatur.

2. Secundū quero, cur hic titulus inscribatur de rebus creditis, potius quam de rebus debitis. Respondeo rationem inscriptionis esse: quia in hoc quarto libro tractatur de contractibus, quatenus ex eis datur actio creditoribus, non quatenus datur exceptio debitoribus.

3. ¶ Tertiò quero, quid sit ius iurandū. Respondeo à diversis auctoribus iuri iurandum diversis modis definiri. Ab Aristotele cap. 18. Rheticorum ad Alex. ita definitur, μετὰ διατροφῆς γάρ τος ἀνταπόταξις, id est, diuinō numine allumpto assertio demonstratione vacans. A Cic. autem 3. de Offic. definitur affirmatio religiosa. A Clemente Alexandrino lib. VII. ερμηνέως, δηλογία καθορισκή μετὰ προπτεραθέτου διατοξις, id est, confessio definitiua cum assumptione diuina. Confessionem delinquinam sic accipio: quia ius iurandum, siue assertio iurecurando confirmata, definit actum omnem controversetiam, omnemq; dubitacionem, propter auctoritatem religiosis. A Gregorio Naziano, ut refert Antonius Monachus sermone 114. definitur λέγει πιστόμαθε Νίκαιον τὸν Κλήρον, id est, sermo p̄ se confirmans veritatem. In qua definitione verbum perse, significat, sine illa probatione, nam iuri iurandum, ut Aristoteles definit, est assertio demonstratione vacans. A Philone autem in allegoriis, & in libro de sacrificiis, & in libro de decem verbis, definitur μετρυῖ α δεῦ πρὶ προτετραφεύκτημάν, id est, testimonio Dei de re controversetia. In qua definitione rem dubiam & controversetiam intelligo, non tantum si de ea iudicio contendatur, sed si quonodo cumque dubia sit. Semper enim dubitatio tollitur per ius iurandum. ut cum vasallus domino praestat iuramentum fidelitatis, tollitur debitatio, & creditur vasallus facturus id quod promisit: quia se id facturum iuravit: quod non ita liquidū constaret, nisi iurasset. A Gregorio Nazianzeno in lib. definitionum ita definitur, fidei testimonio que sit interposito Deo. A Placentino autem & Azzone definitur affirmatio vel negotio, adhibita religione. ¶ Ut has definitiones rectius conferamus, atq; earum discriminem melius intelligamus: iurandum est, in iurecurando duo spectari: vnum est res, quæ confirmatur; alterū, attestatio diuini numinis, quæ eam rem confirmat, veluti cùm libertus iurat se operas exhibitum patrono: aliud est pro-

sed hanc dictio in hac significatione reperias in numero multitudinis; cuius numeri dicens est, si legamus oportet.

De iure iurando, quod pupillus tutori suo super tutela obligatione detulerit.

C O N S T I T U T I O . IV.

Iudem A A . & C C . Maxime.

Si ad excludendam tutelle actionem pupillus insurandum tutori detulerit: postea eandem listem exercere non prohibetur. P P . K al. I al. ipsiis IV. & III. A A . Conf.

Synopsis commentarij.

- | | |
|---|---|
| 1. Argumentum & summa legis.
<i>Insurandum tutoris non noet pupillo, qui detulerit</i>
2. Quid si adolescentis deferat?
3. Quid si tutor absolet, vel esse defierit?
4. Quid si aliq. quanto tutori, pupillu insurandum detulerit?
5. Differentia inter deferre & dare insurandum. | 6. Utrum insurandum deferente pupillo prestatum, ipso iure non valeat, an ope exceptio sit infirmatur.
7. Et cur infirmatur.
8. Cur tutoris auctoritas requiriatur in iure insurando à pupillo deferendo. |
|---|---|

C O M M E N T A R I U S .

- H**ec lex loquitur de iure iurando tutori delato à pupillo, & ostendit id pupillo non no[n]tare. Quero, quid dicendum sit, si adolescentis detulerit insurandum, utrum competit pupillo, an diuerso iure vtratur. Vulgo distinguunt inter minorē qui habet curatorem, & eum qui caret curatore. hunc autem deferre posse insurandum, & delationem ab eo factum valere: illum autē nō posse, & delationem non valere; quia minor 15. annis tunc pupillo comparatur, cum habeat curatorem. s. de in integr. restit. minor. l. 3. Hanc sententiam non probbo: & puto delationem ab adulto factam, indistincte valere, siue habeat curatorem, siue non habeat, hoc enim generaliter traditur in l. nam posteaquām. 9. s. si minor. D. de iure iurando ipso iure valere, adeo ut minor egeat restitutio in integrum contra iuror. præstitum. Quod emittunt potest hac ratione: qd insurandum habet vim solutionis. D. eod. l. iurandum etiam. 27. & l. in duob. 28. §. 1. in solutione autem hoc iure utimur: id est, solatio liberat debitorem minoris: sed minor ex iusta causa potest in integrum restitui. D. de minorib. l. ait pretot. 7. §. sed eti. Nec moneor arguento, quod Doctores sumunt ex d. l. 3. de in integr. restit. minor. quoniam ea lex aduluum, qui curatorem habet, pupillo comparat, non generaliter, nec in omnibus causis, sed in rebus alienandis. Quod autem in alijs casibus minor habens curatorem non comparetur pupillo, facile ostendi potest: quia pupillus sine tutori non obligatur: pubes autem licet habeant curatorem, tamen eo quunque non auctore obligatur. In his de auctore. tut. in pr. D. de verb. obligat. l. puberes. 10. sed hac de re alibi plura. Secundo quarto, quomodo tutoris verbum accipi debeat, id est, utrum debeamus intelligere cum fuisse tutorem tunc temporis cum iurius ei deferebatur, an olim fuisse tutorem, sed esse desisse. Si dicamus eum non fuisse ac mihi plus tutorem: decisio huius legis absurdā erit: quia tutela finitur pubertate: ideoque non pupillus, sed pubes defert insurandum, si ita explicemus. Quod si dicamus eum adhuc fuisse tutorem: alterum dubium occurret: quia iuratum proponitur de actione tutelar., que non nascentur nisi tutela finita. D. de tut. & rationib. distr. l. 4. Quomodo igitur hanc legem exponemus? Existimo ad utrumq; casum eam posse ac debere accommodari: quia verba sunt generalia, ut facile complecantur verumque casum: hoc est, sine durante tutela pupillus detulerit insurandum tutori ad excludendam actionem tutelar. futuram, id est competituram; siue tutela iam finita, & actione tutelar. iam orta, fortasse etiam intentata, pupillus detulerit insurandum tutori: dicendum est, delationem non valere, & insurandum non esse seruandum contra pupillum. Fieri autem potest, vt tutela finita sit ante pubertatem veluti quia tutor datus fuerat ad tempus, aut quia remotus fuit tamquam suspectus, aut alijs huiusmodi casibus, quibus contingere potuit, vt constitutus adhuc in potestate tutelari, detulerit insurandum ei qui tutor fuerat, ac tenebatur actione tutelar. Tertio, quia lex ponit insurandum esse delatum tutori, quero, an idem iuris sit, & omnino quid dici debeat, si pupillus aliqui quā tutori detulerit insurandum. Respondeo, cū pupillus extraneo insurrandi defert, distinguendum esse. aut enim defert sine tutori, aut tutori auctore. Sine tutori frustra defert. D. de iure iurandi. l. iurandum quod ex con-